

Strom. p. 354. Facit is triplicem, quae a Mose tradita est, Philosophiam, Ισορικὴν, Νομοθετικὴν, Ιερουργικὴν, et Θεολογικὴν, quarum postremam diserte ἐπωτείαν nominat. Quid ergo obstat, quo minus Eoptae Theologi appellantur.

XXIX. Quae hactenus de significatione Theologorum dicta sunt, ea sane, reiectis modo impuritatibus, omnium rectissime in Ioannem, propter Αὐτοκάλυψιν, conueniunt. Est ille προφήτης, et de futuris Ecclesiae fatis uaticinatur. Est Eopta, admissus namque est ad visionem summorum mysteriorum, quae coram uidit et percepit. Tots liber scatet mysteriis, et αἰνιγματικῶς est conscriptus. Et μυση-  
ξιῶν quidem nomine, in ipsa Apocalypsi, quas Ioannes habuit, visiones insigniuntur. uid. c. I. 20. Αἰνιγματικὴν uero scribendi rationem ipsius libri inspectio docet, cumque Nepos aliquando ἔλεγχον ἀλληγοριῶν ederet, in quo grauiter perstrin-  
gebat doctores, librum ἀλληγορικῶν interpretantes, aduer-  
ſarium ille habuit Dionysium Alexandrinum, uirum gra-  
uem, et Chiliaesticis, quibus Nepos indulgebat, opinio-  
nibus, commentisque infensissimum. Hinc sensus saepe  
numero latet absconditus. Neque aliquis credo, repertus  
est, qui, sensum sese αὐτοκαλύψεως in omnibus assecutum es-  
se, dixisset. Iosephus quidem Scaliger, quod Scaligeriana  
confirmant, p. 26. gloriatus quondam est, se nihil igno-  
rare eorum, quae in Apocalypsi continentur. Sed pertinent haec ad  
δοκησιστοφίας specimina, quae Scaliger, non pauca edidit. Re-  
stius Dionysius Alexandrinus L. VII. 23. μείζονα δὲ τῆς ἐμαυ-  
τοῦ Φρεονήσεως τὴν ὑπόληψιν τὴν τερπί αὐτοῦ λαμβάνων, κεκρυ-  
μένην εἶναι τινα, καὶ θαυμασιοτέραν τὴν καθ' ἕκαστον ἐκδοχὴν ὑπο-  
λαμβάνω. Καὶ γὰρ εἰ μὴ συνίπτει, αἷλλ' ὑπονοῶ γε γοῦν τινα βα-  
θύτερον ἐγκεῖθαι τοῖς ρήμασιν. Όυκ ίδια τάυτα μετέρων καὶ κρί-  
νων λογισμῷ, πίστει δὲ τῷλέον νέμων, ὑψηλότερα η ὑπὸ ἐμαυ-  
τοῦ καταληφθῆναι νενόμικα. Inde igitur Io-  
anni nomen ΘΕΟΛΟΓΟΥ

## TANTVM.

Coll. d. 35. F. 30, m. sc. 4